Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



281

iohannis legitur · Angelo inquit ecclesiae ephesi scribere · haec dicit
qui tenet septem stellas in dextera sua · qui ambulat in medio
septem candelabrorum aureorum · scio opera tua · & laborem & pa
tientiam · Et quia non potes sustinere malos · & tempta ueos
qui se dicunt apostolos & non sunt · Et inuenisti eos mendaces ·
& patientia habes & sustinuisti eos propter nomen meum & non defi
cisti · Quod si de angelo superiorum caelorum & non de praepositis
ecclesiae uelle intellegi · non sequenter dicere & sed habeo aduer
sum te quod caritatem tuam primam reliquisti · Memoreto itaq:
unde excideris & age paenitentiam · & prima opera fac · Si autem
uenio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco suo · nisi paenitentiam
egeris · Hoc superioribus angelis dici non potest · quippe & iuam
retinent caritatem · Unde quid fecerunt & lapsi sunt · diabo
lus est & angeli eius · Ergo primam caritatem dicit · quia sustinuit
pseudo apostolos propter nomen xpi · quamiub & ut rep & at · & faciat
priora opera sua · Et obiciuntur nobis crimina malorum hominum ·
non mea sed aliena · & ipsa pastum incognita · Quae si iam uera & pre
sentia uideremus · & zizanias propter frumenta parcentes punitate
tolerare remus · non solum nulla reprehensione · sed iam non parua
laudeno s dignos dicere & · quicumq: scriptura sacra si cor desurdus
audire & · Tolerat aaron multitudinem idolorum · exigentem & fabri
cantem & adorantem · Tolerat moyses aduersus dm tot milia
murmurantia · & toties offendentia sem nomen eius · Tolerat
dauid saulem persecutorem suum · sceleratis moribus caelestia
deserentem · magicis astibus infernaquaerentem · Occisum
uindicat · xpm & iam dm propter sacramentum uenerandae
unctionis appellat · Tolerat samuhel · nefandos filios heli ·
puerso s filios suos · quos populus quia tolerare noluit diuina
ueritate accusatus · diuina seuerritate correptus est · Tolerat
denique ipsum populum · superbum · contemptorem di ·